

90

9

1

~~174~~

72.

..

~~19 a. B.~~

~~25~~

~~Caja~~

~~05-93~~

54

~~02 4-6 vol 19~~

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA	
GRANADA	
Utile	Caja 2
Existe	
Número	29

PETRI. PAULI. VERGERII. IVSTINOPOLITANI
VIRI. DOCTI. AD GENEROSVM. ADOLESCENTE. VBER
TINVM. DE. CARRARIA. DE. INGENVIS. MORIB.
ET. STVDIIS. LIBERALIB. ADOLESCENTIE. LIBER. INC.

FRAH CISCVS senior auus tuus cuius
ut extant plurimæ res magis geste ita
et multa passim sapienter ab eo dicta memo
rantur: dicere ut accepim' vbertine solebat.
Tria eē in quib' bene consulere suis liberis pa
rentes ut facile possunt ita iure meritoq; te
nerent. Primum uti honestis illos nominib'
appellent: nam ē ut in re parui momēti nō
parua iactura indecoram noī appellacionem sortitū eē. In q̄
quidē solent plerunq; nōnulli errare: dum lenitate quadam
aut ipi nouoz nominum auctores haberi uolunt. aut si qua
a suis maiorib' acceperūt tanq̄ gentile patrimoniu ad poste
ros certa fide transmittunt. Alterum ut in egregiis urbib'
eos statuāt. nam amplitudo splendorq; patrie plurimū ua
let cum ad opes et gloriam: tum et ad id quod tertio loco
constituebatur ab illo: etiam dicetur a nobis. quanq̄ in hoc
plerunq; eueniat quod themistocles cum eēt atheniensis
Seriphio cuidam incōtentione respondit: dum ille nō ppria
uirtute sed patrie splendore gloriosum factum eum cōten
deret. Neq; enim inquit is: uel tu si atheniensis esses cla
rus extitisses aut ego si seriphus eēm ignobilis. Tertiū au
tem erat uti bonis artibus liberos erudirent. Præclare oīa
ut in omni genere rerum prudentissim' sui temporis et erat
et habebatur. Sed postremum illud præter cætera cōmodissi
me. Neq; enim opes ulla firmiores aut certiora præsidia
uitæ parare filiis genitores possūt: q̄ si eos exhibeant hone
stis artib' et liberalibus disciplinis instructos. Quib' reb' præ
diti et obscura sue gentis noīa: et humiles patas attollere



atq; illustrare consueuerunt. Nam et mutare sibi nom-
dum id sine fraude fiat/unicuiq; per leges licet. Et tñs
ferre qñ libeat domicilium nemo phibetur. Artibus
uero bonis nisi quis ab adolescentia fuerit institutus:
aut si peruersis infectus extiterit. non facile dese spe-
ret in etate proeetiori posse. aut has abiicere. aut il-
las continuo sibi parare. Iacienda sunt igitur in hac
etate fundamenta beneuiuendi: et formandus aduir-
tutē animus. dum tener est et facilis. quamlibet impi-
sionem admittere. quæ ut nunc erit. ita et in reliqua
uita suabitur. Verum cum omnes homines deceat
parentes qdem in primis eos ee. qui recte erudire su-
os filios studeant. et filios deinde tales. qui parentib'
bonis digni uideri possint. precipue tñ qui celsiore loco
sunt. qrumq; nihil neq; dictum. neq; factum latere po-
test. Decens est ita principalib' artibus instructos esse.
ut et fortuna et gradu dignitatis quam optineat dig-
habeant. Equum est enim qui sibi summa oia deberi uo-
lunt debere et eos summa omnia dese prestare. Nec
ē ulla certior. aut stabilior regnandi ratio q̄ si ii qui re-
gna optinent ab omnibus dignissimi omni regno iudicent.
Quāobrem cum sis vbertine primum qdem nomen sorti-
tus. quod fuit in uestra familia diu celebre. et ab eo nu-
per illustratum. qui retro sextus pncipatum. ex genere
uestro tenuit. Deinde in hac uetustissima regia urbe.
quæ et cunctarum bonarū artū studiis floret. et rex
omniū copia in hominum usus abundat. ex pncipum ge-
nere atq; ipso patre pncipe natus. sub cuius ductu. et
felix urbis status. et familie uestræ clarissimū nomen
excreuit indies. magnope letor pro mea fide. tuaq;
ac tuorū in me beniuolentia. qd te uideo. cum pparetis
diligentiā. tum maxime tuo iudicio ad bonas artes et

2
præclara studia omni nixu p̄pensum ferri. Et si enī tria
illa quæ diximus a parentibus maxime desiderari uideā-
tur: in q̄ p̄fecto singulis: nō sum qui negem eos plurimū
posse. præcipue tñ parentes noīa imponunt natis. casus nō
nunq̄ electio dat homini patriā. bonas autem artes atq;
ipsam uirtutem sibi ip̄i unusquisq; comparat. quæ quide
præ omnib' quæ possunt ab hominibus studio quæri: exop-
tanda ē. Nam opes: gloria: uoluptates: fluxæ res sunt et
caducæ. habitus autem fructusq; uirtutum præstat inte-
ger atq; æternus manet. Hæc igitur si te commoneam/
ut sedulo facias: tametsi ipse libenter id presto uideo tñ
ēē non necessariū. quid enim aliud possum monere te ut
facias: q̄ quod semper facis: aut quē tibi alium: exēplū
uirtutis commendare q̄ te ipsum? Cum enim ita ab ip̄a
natura: et animi: et corporis dotib' constitutus uideare: ut
omnia magna sperare de te liceat. tuq; ad eō etiam maiora
omnia præstes: ut nō modo spem sed et uota quoq; omniū
exuperes. quid est quod adhortatione cuiusq; forti' pro-
mereri possis: aut cæteroz imitatione magis accendi. Tuo
igitur nomine breue hoc opus suscepi: et de liberalib' ado-
lescentiæ studiis ac morib': id est in quibus reb' exerceri
ingenuos adolescentes: quid uē cauere cōueniat: adort'
sum ad te scribere: non quidem quo ipse te: sed ut p̄ te
cæteros id ætatis cōmoneam: et cum quid agendum sit
aliis præfinito: tu quod p̄ te facis: in te recognoscas. Cum
enim sit homo ex anima corporeq; constitut' magnū q̄ddā
ab natura consecuti mihi uidentur quib' ē datum: ut et
corporis uirib' et ingenii ualere. Nam cum plurimos ui-
deam' quibus sine culpa euenit nascentib': ut et ingenio ef-
sent tardo: et corpore imbecilli: quantas gratias haberi na-
turæ cōuenit: si secundum utraq; hæc: et integri sum'
et ualidi: Ita autē referetur digna naturæ gratia: si nō

neglexerimus eius munera: sed ea rectis studiis bonisq;
artibus excolere curauerimus. PRincipio igitur erit uni-
cuiq; suum ingenium p se spectandum: aut si minus p eta-
tem nobis ppendere id licebit: parentes ceteriq; quib' cu-
re erimus animaduertere debebunt: et in quas res natura
proni aptiq; fuerimus: eo potissimū studia nra conferri:
et in eis totos uersari cōueniet. Maxime uō qui sūt libe-
rale ingenium a natura consecuti: sinendi nō sunt: aut iner-
ti ocio torpere: aut illiberalib' implicari negociis. Omnino at
liberalis ingenii primum argumentum est: studio laudis
excitari incendiq; amore gloriae. Vnde oritur generosa
quaedam inuidia et sine odio de laude probitateq; con-
tentio. Proximum uero parere libenter maiorib': nec eē
bñ monentib' contumaces. Nam ut equi meliores ad pu-
gnam habent' qui faciles sunt manu regi et ad tubarū
clangorē arrectis aurib' exultant: ita qui iuuenū bene
audiūt monitores: et Laudati excitantur ad bonū ube-
ris spem frugis ferre prae se uidentur. cum enim bonū
ipsum uirtutis honestatisq; faciē inexpti reꝝ complecti
ratione. nō possint: quae si possit oculis uideri mirabiles
ad sapientiam ut inqt plato: et cicero meminit de se amo-
res excitaret: pximū est ab hoc gradu ut gloriae laudis
q; studio ad optima conari uelint. Ampli' autē et q̄ sunt
in actionib' prompti fugientes ocium: amantq; aliquid rec-
te agere bene dispositi natura uident'. Nam et in eiusdē
generis similitudinib' uersemur: quēadmodum equi curso-
res meliores habentur: qui dato signo p̄anus exiliunt:
nec calcarium stimulos: aut flagelloꝝ plagas morati sub-
sistūt. Ita adolescentes qui constituti honoris ad solita
studia int̄missaq; paulisper exercitia alacres sine monito-
re redeunt: p̄eclare constituti ad uirtutis opa hñdi sūt.
Sed et si comminationes ac uerbera metuat: magis autē

3

si dedecus atq; ignominiam unde nascitur uerecundia
quæ est in ea etate signum optimū. Bñ igitur hñ si et
obiurgati erubescant: et castigati fiant meliores: suosq;
præceptores amet. Nam et disciplinam amari indicio est.
Nec minor uō ad omnē pbitatem habenda de his spes est,
qui sūt natura benigni ac facile placabiles. Est enī in aīo
simile quiddam quod et in corporibus. Nam ut in his sig-
ficatio est bonæ naturæ: nullo cibo abhorrere stomachū:
sed quicquid ingeritur facile admittere: et in alimentū
conflare membroꝝ: ita et neminem odisse: aut asp̄nari:
sed quicquid dicatur fiat uē: in meliore ptem habere oīa:
bene ab ipsa natura cōstituti animi signum est. Ac multa
q̄dem in hunc modum sumi a morib' argumenta possūt.
Quod uero ad corporis habitudinē attinet: molles carne:
aptos esse mente scripsit Aristoteles. De reliquis cōsu-
lendi erunt qui p̄ physionomiā deprehendi posse unius
cuiusq; ingenium: natuosq; mores p̄sententur. quā nos
hic rationem totam relinquam'. Dignosci autem plerūq;
ut dixim' ex indole pot: adolescentib' nobis quales uiri
futuri sim'. Nam ab initio quidem etatis p̄fert in q̄bus-
dā natura pbitatis futuræ signa ueluti flosculos. Vnde
bonæ indolis iuuenes dicimus qui effigie ipsa oris et
gestu ceterisq; actib' spem de se bonam policeri uident.
quib' ut turpe est expectationē hominū fallere: ita lau-
di his datur: qui sine ulla tali significatione probi tamen
euaserūt: imitati pomoz q̄ddam genus quæ sub turpi
atq; aspero cortice suauē adseruant sapore. Hinc bñ
præcipiebat a socrate: ut adolescentes in speculo suam
imaginē crebro contemplant: ea scilicet rōne ut ii-
quibus in esset speciei dignas: uitii illam nō dehone-
staret. qui uō deformiori specie uiderent: formosos
se ex uirtutib' reddere curaret. Magis autē idipm

consequi fortasse poterūt: si non tam suam specie^a q̄ alie-
nos probati hominis mores et uiuum speculum intuebū-
tur. Nam si .P. scipio et .Q. fabius: q̄d omnib' fere ge-
nerolis mentibus ulu euenit illustrium uiroꝝ cōtem-
plandis imaginib' excitari se magnopere dicebant. quē
res iulium quoq; caesarem: uisa magni alexandri ima-
gine ad summam rerum accendit. quid cōsentaneū est
euenire: cū ipsam uiuam effigie: et adhuc spirans exe-
plum intueri licet: quanq̄ imagines fortasse maiorꝝ
magis ad emulationem glorie animos excitāt. p̄p̄ea q̄d
hominis presentia minuere plerunq; gloria solet: et
uiuentes comitari cōsuevit inuidia. Ad exemplum
certe uirtutis ac moy et ad omnem doctrinam: ut ui-
ua uox: et et uiui hoīs mores plus ualet. Debet igit^a
studiosus adolescens: quē uirtutis: uereq; glorie desi-
derium cōcitāt: unum aliquē pluresue: quos uideat
deligere p̄batissimos uiros: q̄ꝝ uitam ac mores: q̄tūmp̄
etatem licebit imitet^a. Illis autem ceterisq; natu maio-
rib': cum omni tempore hōda sit grauitatis atq; modestie
ratio: tum maxime coram iuniorib' custodienda ē. Iuue-
num enim etas prona ē ad peccandum. at nisi maiorꝝ
exemplis auctoritateq; cōtineat^a: facile semp in deterio-
ra plabitur. Et quā in sunt ipis ex etate propi mo-
res: q̄d et reliquis q; etatib' accidit: ex eis qui boni sūt
usu p̄ceptisq; confirmandi erunt et iuuandi: qui
uero mali atq; illaudabiles corrigendi. quoz h' q̄dem
naturam sequuntur tm. q̄dam autē experientie de-
fectum. alii uero utrunq;. Sunt enim in primis natura
Largi ac liberales: p̄p̄ea quod nō sunt experti indigēt
al. neq; opes eis labore p̄prio quēsite sunt. Non enī
solet fieri: ut temere dissipet: qui cū labore cōgrega-
uit. Simul et quod supabundat in eis calor ac sanguis

nō modo in nutrimentum corporis : sed et augmentū etiā
quod cōtra fit in senib' : cōtraria id efficiente rōne . Quē ig^r
eum sperem' futurum senē : q' sit in adolescētia tenax atq;
auarus . Non quidem quo p'mittendē sint eis largitiones
quas exercere cū discretione munerū : p'sonarū : meritoꝝ
q; nesciūt : sed q' corrupte naturē atq; illiberalis inge-
nii sit indicium . Hi igitur ad questuosas artes faciunt :
aut manuale op' : aut negotiationē : ad curam rei familia-
ris p'ecipue . qui et si nobiliores fuerint : quandoq; artes
assecuti : illas tñ semper ut cetera ad ignobilem questū
redigūt . quę quidem res ē ab ingenuis mentib' prorsus
aliena . Deinde sunt bonę spei : multa q; ac magna sibi faci-
le promittunt : ac p'ceteris Longeuam etatē : ut qb'
exuberat naturalis calor tanq' ad omne op' et in omne tē-
pus suffectur' . At p' hoc ipsum magnanimi sūt : et alti cor-
dis : q' niam est ea uis calidi : ut sursum ferat : unde fit
ut sint arrogātes : et iuxta flaccum monitorib' suis asperi
et cōtumeliosi . aliis se ipos efferentes . Appetūt enim ex-
cedere . Propterea qd uolentes uideri multa nosse : faci-
les sūt operta reuelare : et se ipsos iactantes plerunq; mē-
daces inueniuntur . Simul et quia inexperti sunt existi-
mantel uera dicere : in plurimis fallunt . Ab hac autē mē-
tendi uanitate : deterrendi sunt maxime . Primū qd
assueti in iuuentute mēiri : morē hunc facti suant : quo
nihil est turpius : deinde qd prope nihil æqueq; maiores
offendit q' mendacia adolescentū : qui student p'die nati
senes fallacis circūuenire . Proderit autem si admoneant
parum loqui : et raro : nisi iustos dicere . In multo nāq; ser-
mone ē aliquid semp qd reprehendi possit . quod si in al-
terutro ē peccandum : multo sanē tutius ē tacere q'
loqui . Nam qui intempestiue tacet : hoc in unū peccat :
qd tacet . Loquendo at in multis errare cōtingit . Proui-
dendum etiam ne fedis atq; inhonestis s'monib' assue-

scant. Nam ut ē a græco poeta dictum: et ab apostolo paulo repetitum: corrumpunt bonos mores colloquia mala. Secundum superiore autem rationē: quoniam sunt excellētē cupidi: sunt etiam uerecundi quoniam inhonorari metuiunt: et castigationis parentum magistrūq; ex recenti meminerūt. similes et quoniam inexperti sunt: facile refelli se posse arbitrantur. Sunt item creduli nimis: ex defectu nanq; experientie reuera credunt eē quaecunq; audiunt. Atq; etiam de facili mutant opiniones: quoniam sunt eorum humores in motu propter augmentum corporis: et abundat calor qui maxime ad motiones facit. Anima uero complexionem sequitur corporis. Ideoq; ut facile carentes concupiscunt: ita potiti satiantur cito. Passiones uero suas maxime persequuntur: et omnia faciunt calide: quoniam concupiscentias habent acutas: quasi calor incitat: neq; uigent ratione et prudentia: quæ illas moderari possunt. Ego uero iuxta Terentianū solum non iniuria id arbitror apprimere inuita eē utile: ut comode fiat omnia: ac nequid nimis. Sunt quoq; miseratissimi: nec maligni moris: quoniam ab generatione proximi sunt: benignū habent sanguinē. Ceterosq; ex se estimant: quod pauca commiserūt: quod obire eos credunt iniuste pati. Maxime uero gaudent amicitia et sodalitates amant: quas plerunq; eadem die et ineunt et dirimunt. Iuxta has igitur animaduersiones: erit adhibenda doctrina: et boni quidem mores asciscendi: mali uero aut minuendi: aut prorsus eradicandi erunt. Et de cura quod iuuenum: cum plurimū domesticæ disciplinæ premissum sit: nonnulla tamen solent legibus diffiniri. Deberent autem ut fere dixerim omnia. Nam et publice interest iuuentutem in ciuitatibus benemoratam eē: et si fuerint adolescentes ratione instituti: erit id quidem utile ciuitatibus et ipsis bonum. Maxime autem ut specialius dicamus: ab illis peccatis prohibendi sunt: in quibus facile natura ab ipsa ætate deducuntur. Habent enim et ætates sua propria quedam uitia. Adolescentia

libidinib' extuat. Etas media ambitione iactat. Senec-
tus cupiditate auariciaq; cōsumitur. Non qđ ita omnes
habeat: sed qđ in hęc uitia ex etate proniores sūt hoīes.
Curandum ē igitur ut iuuenes q̄ maxime diu integri
suentur. Immatura nanq; uenus: et animi et corporis
uires eneruat. quod erit si a choreis ceterisq; huiusmodi
Ludis: et item ab omni muliebri frequētia arceant: aut si
nihil de his rebus loquant: aut audiat. Nam cum ipi ple-
etatis feruore ad uenerēa rapiantur: nulla erit spes re-
liqua: si malignus quoq; cōsilio comes accesserit. præcipue
uero si nunq̄ ipsi erunt ociosi: sed semper in aliquo hone-
sto membrorū: aut animi labore detineant. Ocium enī ad
libidines et ad omnem intempantiam pronos efficit. Ita-
q; adolescētēs nimia sospitate laborātes: multo cōueniet
Labore sanari. Nec uero his ocium tantum: sed et soli-
tudo quoq; uehemēter est inimica: quæ infirmū animū
assidua talium rerū cogitatione demulcet: nec aliō sinit
dimitti. Ut enim qui despatione tenent: solitudini mi-
nime credendi sunt: ita et quib' uoluptate deuinctus
ē animus. Itaq; et ab omni feditate ac nefaria turpitu-
dine et prohibendi sunt et magnope custodiendi. nec nisi
iis cōmittendi: q̄ mores et uita omnis p̄specta sit: q̄q;
nō iam exemplo peccēt: sed auctoritate deterreant. quæ
admodum teneris arborū uirgultis stipites alligant: ne aut
ppria mole: aut ui ulla uentorū flexi possint. ita et iuueni-
bus adhibendi sunt comites: q̄q; monitis discant: et cōsciētia
retrahant: et imitatione p̄ficient. Continendi sūt etiā ne
aliis quæ sūt circa uitā immoderatiores fiant. Nam supfluous
cibus ac potus: et somni abundātiore: ex cōsuetudine ma-
gis sūt: non quo uariis habitudinib' corporū plus minus uē de-
beri ex his reb' negem: sed qđ in omnib' hominib' natura pau-
cis adiuuētis contenta sit: si necessitatē spectem: si uolupta-
tem nihil illi possit uideri satis. A uino uero in ea etate

maxime sunt arcendi: cuius nimius usus: et ualitudini
bonæ inimic⁹ est: et recte rōnis usum magnopere pturbat. Quæ
in re nequaquam mihi uidetur improbanda Lacedæmoniorū ratio: quæ
ebrios suos exhiberi in cōuiuuiis suis curabant. nō quidem
ut eorū infulsis s̄monib⁹: aut fedis actibus delectarent. nā
inhumana uoluptas ē damno hominis aut uitio delectari
homine. sed ut adolescentib⁹ suis exemplo ostenderet quæ eēt
turpe temulentum uideri. Sunt igitur ut ab annis teneris
assuescant: ita potandi pueri: ut illi magis aqua temperet
quæ Lymphetur uinum: et tam sobrie quidem ac raro: ut ma-
gis ad moliendum cibum quæ ad minuendam sitim datus po-
tus uideatur. neque enim decet: quod nō modo ad uirtutē: sed
nec ad bonam quoque ualitudinē pertinet: uentre cibum potū
ue metiri: aut hibernis noctibus somnos equare: aut uo-
luptatib⁹ modum satietate præfinire: sed ratione modera-
ri omnia: et ita assuescieri: ut iuueniles impetus frenare fa-
cile possim⁹. arbitrarique non omne quod potentia: uel occasio-
nem facere liceat: decere ut faciamus. Ante omnia uero
decet bene institutum adolescentem rei diuinæ curam
respectumque non negligere: eaque opinione imbui abinuen-
te ætate. Nam quid illi inter homines sanctum cui diuini-
tas despecta sit: nec uero usque ad aniles decet superstitiones
pueris: quod in ea ætate damnari plurimum solet: et irrisioni
patere: sed ad certum modum: quanquam quis modus adhi-
beri in ea re potest: in qua omne quod possumus infra modum est.
Præcipue uero quod in omni ætate abominabile est: monendi
sunt non execrari diuina: neque sacra nomina irrisioni
habere: nec sponte facile iurare. Nam qui temere iurāt:
crebro deierare consueuerunt. Proxime autem senibus ac ma-
ioribus natu plurimum reuerentiæ adhiberi cōuenit: eosque pa-
rētum prope loco existimare. In quo erat romana iuuentus
uetusto more: præclare instituta: quæ senatores quos pa-
tres appellabāt: qua die haberetur senatus deducebāt in

curia: ibiq; assidui pro forib' aderat: dimissoq; senatu
 reducebat frequenter domum. quæ nimirum erat rudi
 meta constantiæ: patientiæ in prouectiori etate præ
 standæ. qui ergo iuuenes libenter senib' heret: nec ab
 his facile discedunt a quib' proficere possunt: hi non teme
 re uelle uident etatem uirtute puenire. Instituenti
 sunt præterea quo pacto deceat admittere uerentes: quo ab
 euntel dimittere. ut oporteat uerecunde salutare maio
 res: minores humaniter colligere: amicos beniuolosq;
 familiariter cõuenire. quæ cum in omnib' apte sedeat.
 tum uero in pncipib' et eoz liberis speciosa uidentur et
 notantur in his maxime. In quoz morib' atq; omni ui
 ta facilitas quidem amari solet: grauitas uero Laudari.
 utrobq; tñ uerendum e: ne uel hæc in agrestem seuerita
 te: aut illa in scurrilem leuitatem exeant. Hæc autē
 ita consequi poterunt: si se facile quisq; argui moueri
 q; patiatur. quæ ratio in omni etate et causa atq; cõdi
 tione salutaris e. nam ut obiecto speculo faciei nræ mē
 dal cognoscimus: ita et castigantib' amicis errores ppen
 dim' animi: qui proximus est ad emendationē locus. Hi
 autem facillime deceptioni patent: q̄ nihil audire pos
 sunt quod cõtristet. Imbecillis e enim stomachi ferre
 nō posse nisi delicata. Decet itaq; et maledicetes pati
 posse: et obiurgatores audire. Nam qui se non patitur
 presentem argui non facile solet, cum est absens defen
 di. Verum eos maxime qui sublimiore sunt fortuna:
 et in qz manib' urbium populozq; ius e. decet nō modo
 facile: sed etiam libenter bñmonentes audire. quanto
 et ipsi p̄ multam licentiã proniores sunt ad peccandū:
 et eoz peccata ob eē plurib' solet. Ac eo q̄dem magis
 curandum: quod pauci sunt qui dicere eis: qd uerum
 decensq; sit audeat: pauciores q̄ uelit audire. Nam



qui uult uerum audire: facile inuenit a quo audiat. Itaq;
mirum uideri potest si sit quispiam bonus aut sapiens in pote-
tatu: ac magnis fortunis natus: nec aduersum unquam casum
expertus: et si quis sit eiusmodi: hunc pro quodam quasi
terreno deo amandum colendumque existimo. quippe
cum inter affluentiam rerum ad omnes uoluptates suppe-
tentium: et facultatem assequendi quaecumque cupierit:
et adulatorum ingentem copiam: qui solent ex stul-
tis insanos facere: uix rationi aut recto iudicio uacat
usquam locus. Id pulchre plato sentiebat: et comode pau-
cis uerbis significauit. quem nos Locum huc ad uerbum
ex Gorgia transferamus. Difficile est enim inquit et plu-
rima Laude dignum in magna peccandi licentia iuste
uixisse. Sed et nimia quoque parentum indulgentia emol-
lire atque eneruare adolescentes consuevit. quod in uis
plerumque manifestum est: qui sub uiduis matribus per deli-
cias sunt enutriti. Placet igitur quae est apud quosdam
gentium consuetudo: ut liberos suos aut extra ciuitatem:
aut certe extra domum: apud cognatos: amicosue edu-
cari curet. quos etsi plerumque indulgentiores inuenerint:
inuenerint hoc ipsum tamen quod in aliena domo uiuere
se intelligunt: solutiorem illis licentiam adimit: et me-
lioribus studiis quae liberalia dicimus intentiores reddit.
De quibus tempus est iam nos dicere; LIBERALIA
igitur studia uocamus quae sunt homine libero digna:
Ea sunt quibus uirtus ac sapientia: aut exercetur: aut
queritur: quibusque corpus: aut animus ad optima quaeque
disponitur. Unde honor et gloria hominibus queri solet:
quae sunt sapienti prima post uirtutem proposita premia.
Nam ut illiberalibus ingeniis: Lucrum et uoluptas pro fine
statuitur: ita ingenuis uirtus et gloria. oportet igitur
a prima infantia his intendere: et ad sapientiam omni stu-

dio conari. Nam si nulla ē puatay artū etiam eay
 quæ minus acuminis exigunt: quam excellenter asseq
 quis possit: nisi ab teneris annis illi imbueit. quid desa
 pientia iudicabimus: quæ tam multis magnisq; reb' cō
 stat: et in qua arte totius uitæ præcepta rationesq; con
 tinentur: Non erimus pfecto q̄nam sapientes et haberi
 et eē omnes uolumus. non erimus inq̄ in senectute sapi
 entes: nisi iuuenes p̄imum benesaperē ceperimus. Non
 uero suscipiendum est q̄d omnibus penē uulgo ē usur
 patum: ut existinemus eos qui iuuenes supra etatē
 ratione sapiant: maiores factos desipere aliquando lo
 lere: quanq̄ et hoc in quibusdam non abhorreat a philo
 sophica rōne: quibus cum impuberibus sensus uigeant:
 crescente postmodum etate marcescunt. quo in gene
 re ratione ē senex quidam ab adolescente cōfutatus/
 obscurum ē autem utriusq; nomen. Cum enim is præter
 etatē prudens probusq; haberetur. seniq; admiraculū
 illum ostenderent. Erit igitur inq̄t in senectute demēs
 qui sit in adolescentia tam sapiens: et ita quidem uoce
 sublata ut adolescens audiret. Ille uero innati acumi
 nis nihil oblitus. Tu ergo inq̄t præclare in adolescentia sa
 piens extitisti. Suisq; illum ut auunt armis confodit. Et
 est quidem ex natura in plerisq; iuuenib' tanta ingenii
 celeritas ad intelligendum: et ad inuestigandum tantum
 acumen: ut uel sine multa doctrina dereb' maxis loq̄ pos
 sint: sn̄tiasq; dicere grauissimas: q̄y ingenita uis si eru
 ditione corroboretur: iuueturq; disciplina summos ui
 ros parere ea res solet. Ut igitur hi diligenter curandi sūt
 ita non negligendi qui mediocri ualent ingenio. q̄n uel
 hoc potius iuuandi: q̄d ē in eis uis naturæ defectior. om
 nes tamen a pueritia studiis laborib'q; mancipandi. Dū
 faciles animi iuuenū dum mobilis etas. ut ē Maronis

uersus. At eo magis tum insistendum / quo etas illa eruditio
aptior est q̄ cetera. quanq̄ et omni etate discendum ē. nisi
fortasse turpius aliquando ē discere / q̄ nescire. quod cōtra
iudicauit cato: ille porti & familie p̄nceps / qui Latinas lras
p̄pe senex: gr̄ecas iam certe senex edidit: nec credidit
seni turpe discere: quod ēē pulchrum homini scire. Socra-
tes etiam tantus philosophus iam etate p̄ueta fidibus
operam dedit / digitosq; suos magistro formandos cōmisit.
Cum n̄ros interea iuuenes / si placeat deo / p̄e mollicie di-
scere pigreat: et uix dum ablactatos pudeat sub magistro
ēē: qui tamen iudicio proprio minime committendi sunt.
sed uariis artibus ad bona rectaq; studia sunt inducendi.
Nam alii quidem laude et p̄ speciem honoris: alii munuscu-
lis blanditiisq; alliciendi. minis alii flagrisq; cogendi e-
runt. Atq; hęc quidem omnia ita rite pensanda rationeq;
moderanda: ut in eodem ingenio / uicissim his artib' p̄cep-
tores utantur. Et cauendum ut neq; nimium illis faciles /
neq; nimium seueri sint. Nam ut nimia licētia bonam
indolem soluit: ita grauis et assidua castigatio ingenii
uim eneruat: naturęq; igniculos in pueris extinguit.
qui dum timent omnia audere: nihil possunt. fitq; ut
pene semper errent: dum in singulis reb' errare se ti-
ment. Maxime uero in quib' sup̄abundat nigra colera
laxius continendi erunt: eosq; plurimū suo arbitrio cō-
mitti cōueniet: et libertate iocisq; oblectari. In quo ge-
nere complexionis nō omnes quod Aristoteles uoluit
sed plurimi certe etatis ingeniosoz sūt. Verum euenit
ut pleriq; ingenio liberali p̄editi: dum recta studia seq;
contendunt: aut manu iniecta reuocant: aut quibus-
dā oppositis: quasi repagulis in ip̄o cursu subsistere cogū-
tur: ut alio diuertunt. Plurimis autem angustia rei fa-
miliaris impedimento fuit: quę liberū animū et ad melio-

8
ra natum quæstui coegit insuire. tametsi p̄ extre-
mas difficultates generosa natura solet in altū emer-
gere: et magis profusa reꝝ copia: q̄ summa inopia: bonis
ingeniis nocere cōsuevit. Cum de his non sine indignatio-
ne dici soleat. O q̄ magnus hic erat futur' uir: si in mi-
noribus esset fortunis natus. quibusdam parentū im-
perium: et ab infantia suscepta consuetudo obstat. Nā
et quod minorib' nobis cōsuetum ē: facile id maiores
facti sequi solemus: et pueri libenter parentum studiis: q̄
bus innati atq; innutriti sunt: dari se patiunt. Sed et
id quod est in ciuitatibus consuetum plurimū seq̄mur:
tanq̄ sit id optimum factu: qd ceteri et probant: et fa-
ciunt. Ergo difficillima omnium est ea deliberatio: nā
aut libera non est: aut ad eam nō nisi falsis opinionib' im-
buti: ex mala cōsuetudine: et hominum pueris smone
uenim'. Datum ē quibusdam munere dei singulari: ut
ipsi p̄ se rectam uiam: sine ullo duce et inire: et tene-
re potuerint: paucis illis quidem: et quos æquus: ut
aut poeta: iupiter amauit: aut etiam genuit: ut fabu-
lis quoq; aliquid demus. Qualem in primis herculem ac-
cepimus: quod et greci tradunt: et latini post eos memi-
nerunt. Hic enim cum duas cerneret uias: unam uir-
tutis: alteram uoluptatis: forte id ætatis agens: quādo
de tota uita deliberatio sumenda ē in solitudine seces-
sit: ibiq; multum ac diu secum cogitans: ut est ea ætas
imbecilli iudicio cōsilioq; uirtutem tandē reiecta uo-
luptate complexus ē. Vnde sibi per multos ac graues
labores opinione hominum iter in cælum extruxit.
Ita igitur ille. Nobiscum autem bene agitur: si p̄ceptis
manuq; deducimur: ut probi simus: aut si ui etiam
necessitateq; ad id cogamur. Est enim felix necessitas:
quæ cogit ad bonum. Quāq; et tibi q̄ uertine id

uideo in parte contigisse. CVM enim sint ex studiis
atq; artib⁹ hominum duæ præcipue uia quæ et ad excel-
lendam uirtutem et ad parandam gloriam maxime sunt
affines: armorum uidelicet ac litterarum disciplina: liceretq;
tibi pparentis indulgentiam solam militarem: quæ fa-
miliæ uestræ prope peculiaris est psequi: tu utranq; ita es
et industria et studio tenaciter complexus: ut equalib⁹
tuis longo intervallo posthabitis cum maiorib⁹ quoq; cer-
tare in utroq; laudis genere possis. Probe igitur facis: qui
militarem disciplinam: in qua semper tui maiores excel-
luerunt: non negligis: et ad ueterem hanc domesticam
gloriam: nouam etiam litterarum laudem adiuicere tenta-
sti. Neq; enim imitari eos studeas: est autem horum nostris
temporib⁹ turba ingens: qui sibi opinionem doctri-næ/ ut
dedecus abhorrent: haud Lycinii quondam Romano⁹
imperatoris sententiam probas: qui litteras uirus ac pestem
publicam appellabat. Multo magis quod ille ait: bea-
tas fore res publicas si uel studiosi eas sapientiæ rege-
rent: uel earum rectores sapientiæ studere contigisset.
Et quidem quod uerum est litterarum disciplinæ: neq; de-
mentiam adimunt: neq; malignitatem: quoniam magis ut
eos qui ad uirtutem et sapientiam nati sunt: magnopere
adiuuant. ita p sepe sunt aut indicia stulticiæ dete-
gendæ: aut instrumenta perniciosioris iniuriæ. Nam
et claudium/ ne a Romanis principib⁹ discedamus sanè
doctum accepimus. Et Neronem eius p uignum/ atq; in prin-
cipatu successorem eruditum in pms fuisse constat: quæ
prior insignis uecordiæ fuit: alter crudelitate/ atq;
omnib⁹ flagitiis contaminat⁹. qui tñ sub obtentu cle-
menciæ dixit aliquando/ optare se litteras nescire: quod
et optandum sibi pfecto fuerat: si modo non alia ratioe
quæ litterarum ignarus: esse clemens potuisset. Sed opinor eum

si et litteras quoque quae male apud se habitabant: eiicere
 sibi prorsus licuisset: tam mature ac libenter facturum
 fuisse: quam illam simulatam ad tempus clementiam exiit.
 ne cui uirtutum aut bonarum artium reliquus in se locus
 esset. Contra uero iacobus de carraria proauus tuus
 et prudens uir et princeps magnanimus: ipse quidem non
 magnopere doctus: mirum tamen in modum doctos co-
 luit: ut id unum fortunae suae defuisse iudicaret: quod
 non esset quantum modestum hominem optare liceat: con-
 sequi uero non facile: nisi ab initio aetatis studio laboreque
 nobis doctrinam parauerimus. Paranda igitur sunt in iu-
 uentute solatia quae honestam senectutem possint ob-
 lectare. Nam quae sunt iuuentuti laboriosa studia: ea
 erunt iocunda otia senectuti. Et sunt in hac re sane ma-
 gna praesidia: siue contra languidum torporem remedium
 quaerimus: siue sollicitis occupationibus solatium. Nam
 cum duo sint genera uitae liberalis. Vnum quod totum in
 ocio ac speculatione est. Alterum quod in actione nego-
 cioque consistit. in priore quae sit necessaria cognitio: ususque
 scripturarum: neminem existimandum est latere. In poste-
 riore uero quae sit utilis: facile hinc dignosci potest. Nam
 qui ad res gerendas animum applicant: omittunt quantum et
 praecipis illorum qui scripserunt: et eorum exemplis de
 quibus scribitur: prudentiores fieri possunt. Sed siue
 rem. p. administrant: siue foris in bellis: aut domi in
 suis amicorumque negociis uersentur: non habent fatigati
 qua alia in re iocundius acquiescere ualeat. Cum etiam
 incidant tempora et horae in quibus ab huiusmodi rebus
 uacare necesse est. Nam et aere. p. saepe inuiti prohibemur:
 et non semper geruntur bella: et singuli dies noctesque ali-
 quid habent: quo domi contineri: et esse seorsum oportet.
 In hoc igitur tempore cum nihil nobis prociui agere foris

licebit: lectio libriq; succurrent: nisi prorsus somno in-
dulgere: aut inerti ocio tabescere uolemus: aut more
imitari Domitiani p̄ncipis: qui singulis dieb' certis ho-
ris secretus ab omnib' stilo ferreo / muscas insectabat.
fuit hic quidem vespasiani filius. Titi uero minor na-
tu frater. Vtriq; profecto longe impar. Immo uō tanto
omnium teterrimus: q̄to Titus p̄bustissimus ē omnium
habitus: quem historiae / delicias humani generis ap-
pellauere. Itaq; et eius memoria tam celebris ē: q̄ illi
execrabilis. Libero etenim iudicio de reb' uitaq; homi-
num posteritas utitur: quae nec uitupare improbos
metuit: nec laudes inuidet benemeritis. Quae q̄dē in
re magna est ut uidemus prerogatiua p̄ncipibus: imo
uero propedixerim necessitas p̄posita benegerenday
reꝝ: si iudicium hominum et famae apud posterosecū-
nitatem spectare uelint. Nam in ceteris quidē hu-
miliorib' magna uir ac uirtute opus ē: ut in lucē emē-
gant: et eoz peccata sua sortis obscuritate teguntur.
In principibus uero et magnis uiris p̄bitas: siue q̄d rara
sit in multa fortuna: ac p̄pea magis admirationi habe-
tur. siue quod ex fortuna & splendore magis illustret:
ea uel si modica ē praecleara atq; insignis habet. Male-
facta autem nec latere quis secreta possunt: nec cog-
ta diu taceri. Illi enim ipsi qui aut ministri sunt uo-
luptatum: aut socii criminum consciiq; factorū esse-
runt / et primi damnant. Quo in ḡne eius ipsius do-
mitiani dementiam ē cubiculariis unus urbano sce-
mate notauit. Aliquando enim interrogatus ēet ne
quisq; cum domiciano intus respondit: ne musca q̄-
dem quas ille studio suo omnes sustulisset. Huic ei
occupationi tam indecore: uenia forte posset indul-
geri: si modo constaret quidnā p̄hiemem solus agere

consueuisset: aut si nō maiore odio ex tetrīs facino-
 rib⁹ q̄ ex hoc aucupio tam fedo: irrisione se dignum
 prebuisset. Nam quod Scipio dicere de se solebat:
 nunq̄ minus solum aut ociosum ēē q̄ cum ociosus/aut
 solus uideretur: nō facile cuius potest contingere. Sed
 solis magnis ingeniis atq; excellenti uirtute p̄ditiis
 tametsi nihilominus uidetur minor: qui cōtra et in tur-
 ba solitudinē suare pōt: et in negotio quietem. q̄d de
 catone quidem scriptum ē. qui interea dum senatus coge-
 retur: lectitare in curia libros frequens solebat. Vnde ni-
 mirum et in rem p̄sentem: et in omne tempus saluberrī-
 ma patrie consilia dictabat. q̄d si p̄terea alius nullus
 ex l̄ay studiis fructus haberetur: qui utiq; et plurimi
 sunt et maximi: satis tamen abunde: magni uideri de-
 bet res momenti: q̄d interea dum attenti legim⁹ a pleris-
 q; auocamur: quae non possemus aut sine turpitudine
 cogitare: aut reminisci sine molestia. Nam siquid est
 aut in nobis ipsis: aut in fortuna n̄ra: quod nos offendat
 hac facile rōne leuamur: p̄ter id quod mirabiles uolup-
 tates in animis hominū doctrinaꝝ studia pariūt: et uber-
 timos afferunt in tempore fructus: si quando in bonam
 mentem: et ei culturae idoneam tale semen inciderit. Er-
 go cum soli sumus ab omnib⁹ et ceteris curis uacui: quid
 agere melius possumus q̄ libros conuenire: ubi sunt oīa
 uel am̄enissima ad cognoscendū: uel ad bene sancteq;
 uiuendum efficacissima: Nam cum ad cetera q̄dem plu-
 rimum ualent: tum uō maxime ad saluandam uetusta-
 tis memoriam necessaria sūt monumenta l̄ay: q̄b⁹ res
 hominū gesta fortunae euentus insperati naturae inso-
 lita opera: et sup his omnib⁹ rōnes tempoz cōtinent. Me-
 moria etenim hominum et q̄d transmittit p̄ manus sen-
 sim elabit⁹. et uix uni hoīs æuum exupat. quod autē

libris bene mandatum est perpetuo manet: nisi pictura forsi-
tan aut excusio marmorum: aut fusio metallorum: potest etiam tale
quiddam prestare. Verum ea nec signant tempora: nec faci-
le uarietatem indicant motionum: et exteriorem tantum
habitum exprimunt: ac labefactari facile possunt. quod
autem litteris traditur non modo haec quae dicta sunt effi-
cit: sed et sermones quoque notat: et cogitatus hominum effin-
git. ac si pluribus exemplariis uulgatum est: non facile potest
interire: si modo et dignitas accedat orationi. Nam quae sine
dignitate scribuntur: ea nec sortiuntur fidem: nec subsistere
diu possunt. quae igitur potest esse uita iocundior: aut
certe commodior quam legere semper aut scribere: et nouas quidem
existentes res antiquas cognoscere: presentes uero cum poste-
ris loqui: atque ita omne tempus: quod et praeteritum est et
futurum nostrum facere: o praecelaram suppellectilem
librorum inquam ut nos: et o iocundam familiam: ut recte cice-
ro appellat: utique et frugi et bene morigeram. non enim obre-
pit: non inclamat: non est rapax: non contumax: iussi lo-
quuntur: et item iussi tacent: semperque ad omne impium
presto sunt: a quibus nihil unquam nisi quod uelis: et quantum ue-
lis audias. Eos igitur quoniam nostra memoria non est omni-
um capax: ac paucorum quidem tenax: et uix ad singula suf-
ficat: secundae memoriae loco habendos asseuerandosque ce-
lesto. Nam sunt litterae quidem ac libri certa rerum memoria
et scabillum omnium communis apotheca. Idque curare de-
bemus: ut quae a prioribus accepimus: si nihil ipsi ex nobis ge-
gnere forte possumus. integros atque incorruptos posteri-
tati transmittamus. Eoque pacto et iis qui post nos futu-
ri sunt: utiliter consulamus: et iis qui praeterierunt: uel
unam hanc suorum laborum mercedem repensabimus. In quo iu-
ste forsitan possumus quoddam saeculum: proximasque su-
piores aetates accusare: indignari quidem licet: perficere

51
autem nihil: quod tam multa illustrium auctorum preclara opera
deperire passi sunt: et quorum quidem nomina sola: summis tamen
Laudibus ornata: aliorum etiam pars uigiliarum: et fragmenta quorundam
operum ad nos peruenierunt. Unde fit ut ex splendore
Laudum ac nominis opera desideremus illorum: horum uero reliquos
Labores deperisse indignemur: ex earum rerum quae superant
adhuc excellentia ac dignitate: tametsi ea ipsa in plerisque
partium suarum tam uitiose correpta: quaedam etiam interci-
sa ac mutilata suscepimus: ut penes melius fuerit ex his
nihil ad nos peruenisse. Sed in hac iactura quae maxima est
non debet id minimum uideri: quod res plurimas nostras atque
in Italia facta: cognitione dignissima per magna parte latere
nos contingit. Quorum noticia cum libris simul ac monumen-
tis eorum perierit. Sicque qui barbarorum res gestas nouimus: ple-
rasque ex nostris casu librorum ignoramus. Et est eo deuentum
ut Latinae quoque historiae: et cognitionem et fidem a grae-
cis auctoribus exigamus. Plurima namque talium quae apud
nos sunt: aut anguste per scripta: aut prorsus incognita late
apud eos diffusa reperiuntur. quamquam et ea ipsa graeca oratione
quae nostris maioribus esse quondam domestica ac familiaris
solebat: apud suos penes interierit: apud nos uero prorsus extinc-
ta est: nisi pauci quidam qui hac aetate illi incubuerunt: iam
est sepulchro in lucem reuocent. Sed redeo ad historiam: cuius
eo grauior est iactura: quo eius rei cognitio et utilior est et
iocundior. Nam liberalibus quidem ingeniis et uis qui in publi-
cis rebus et hominum comitate uersari debet. Conuenientio-
ra sunt historiae noticia: et moralis philosophiae studium.
Ceterae quidem enim artes liberales dicuntur: quia libe-
ros homines deceant. Philosophia uero ideo est liberalis: quod
eius studium liberos homines efficit. In horum igitur altero precep-
ta quod sequi: quid ue fugere conueniat: in altero exempla in-
uenimus. In illa enim omnium hominum officia repiuntur: et

quid queng; deceat. In hac uero quid factum dictumue ē
suis quodq; temporibus. Adiciendum ē adhuc nisi fallor
et tertium id est eloquentiam: quæ civilis scientiæ p̄s que
dam est. Per philosophiam siquidē possumus ratione sen
tire: quod ē in omni re p̄mum. p̄ eloquentiam grauiter
ornateq; dicere: qua una re maxime conciliantur mul
titudinis animi. Per historiam uō in utrunq; iuuam. Nā
si senes iccirco prudentiores iudicamus: eosq; libenter au
dim⁹: qđ per longam uitam et in se multa experti sunt: et
aliis pleraq; uiderunt: atq; audierunt: quid de iis ē iudi
candum: qui multoz seculoz res cognitu dignas memo
riter norunt: et ad omnem casum p̄ferre illustre aliqđ
exemplum possunt. Ex quib⁹ id efficit⁹: quod est summi
uiri et omnino excellentis ingenii: ut et optime dicere
quis possit: et studeat qđ optime facere. Erant autem
quatuor quæ pueros suos græci docere cōsueuerūt lit
teras. Luctatiuam musicam: et designatiuā: quā p̄yo
tactiuam quidam appellāt. De luctatiua et musica di
cet⁹ postea. Designatiua uero nūc in usu nō est pro libe
rali: nisi q̄tum forsitan ad scripturam attinet. Scribe
nanq; et ipsum ē protrahere ac designare: quoad reliq̄
uero penes pictores residet. Erat autem nō solum utile
sed et honestum qđ huiuscemodi negociū: apud eos: ut
Aristoteles inqt. Nam et in emptionib⁹ uasoz tabulazq;
ac statuaz: quib⁹ græcia maxime delectata ē: succurre
bat ne facile decipi precio possent: et plurimū conferebat
ad deprehendam rerū formam quæ natura cōstant: aut
arte pulchritudinē ac uenustatē. Quib⁹ de rebus p̄tinet ad
magnos uiros et loqui inter se et iudicare posse. Litteraz
uero magnus est semp̄ fructus: et ad omnē uitam: et ad
omne hominum genus: præcipue uō studiosis eaz: ut ad
accipiendā doctrinam ita: et ad firmandū eius h̄tum.

reuocandāq; Lapsoꝝ memoriam. Ante omnia igitur
 siquid ꝑficere de doctrinis uolumus: congrui ꝑmonis
 habenda ē ratio: et curandum nedum maiora ꝑsequimur
 turpiter in minoribꝫ Labi uideamur. Proxiē huic dispu-
 tandi ratio adhibenda ē ꝑquam in unaquaq; re quid ue-
 rum fallumue sit: facile argumentando ꝑrimꝫ. Ea cum
 sit discendi scientia sciendiq; disciplina ad omne doct-
 naz genus uiam facile aperit. Rhetorica uō tertia est
 inter rationales disciplinas ꝑquam artificiosa queritur
 eloquentia: quā et tertiam posuimus inter ꝑcipuas ci-
 uilitatis ꝑtes. Verum ea cum nobilium hominū studiis
 celebrari olim consueuisset: nūc pene ꝑrsus obsoleuit.
 Nam a iudiciis quidem eiecta penitus ē: ubi nō ꝑpetua
 orōne: sed inuicem dialetico more: adductis in causam
 legibus contenditur. In quo genere pleriq; qñdam ex ro-
 manis adolescentibꝫ magnam gloriam sunt assecuti: aut
 deferendis fontibus reis: aut defendendis infontibꝫ. In
 deliberatiuo uero genere iam apud ꝑncipes et reꝝ dños
 nullus est ei locus: qñiam paucis expediri uerbis sen-
 tentiam uolūt: et nudas afferri in consiliū rationes.
 In populis qui uel sine arte copiose dicere possunt: clari
 habentur. Demonstratiuum genus restat: qđ ut nusqꝫ
 est usu sublatum: ita uix usqꝫ ratione inuenit. Nam
 in faciendis orōnibꝫ his artibus utuntꝫ fere omnes que
 cōtra artem benedicendi sūt. que cum ita sint elabo-
 randū est tñ ei quem uolumus eē bene institutū: ut
 in omni genere causaz ornate copioseq; possit ex arte
 dicere. Prima huic ē poetica: cuius studium et si con-
 ferre plurimū: et ad uitam: et ad orōnem ꝑt: ad de-
 lectionem magis tamen uidetur accōmodata. Ars
 uō musica: nam et ea audientem delectat: magno
 qñdam apud græcos honore habebatꝫ. nec putabatur

quisq̄ liberaliter eruditus: nisi cantu et fidibus sciret. Quā
obrem Socrates ut ipse senex decidit: ita ingenuos adole-
scētes erudiri in his iussit: nō quidem ad lasciuie incita-
mentum: sed ad motus animæ sub regula rōneq; moderā-
dos. Ut enim non omnis uox: sed tantum quæ bene con-
sonat ad soni melodiam facit: ita et motus animæ nō
omnes: sed qui rationi conueniunt ad rectam uitæ ar-
moniam p̄tinent. Verum cum ad remissionē animi sedā-
dasq; passiones plurimum ualeat modulationis usus: tū
uero eius disciplinæ cognitio digna est ingenio liberali:
secundum quam rationem speculamur sonorū uarias nās
ac potestates: et ex quibus inuicem p̄portionib' consonan-
tias dissonantiasq; causari contingit. Quēadmodū et
de numeris ratio: quæ Arithmetica dicta ē: et de magni-
tudinib' quæ Geometria est appellata. In quib' secundū ua-
rias relationes parium uel imparium: et item linearū su-
p̄ficiey: aut corporū uariæ species: numerorū magnitudi-
numq; cōstituuntur. multaq; his inesse p̄pria demonstrant̄:
quæ cognitio iucundissima ē: et præcipuam in se certi-
tudinem continet. Sed et illa quoq; pulcherrima est quæ
de syderum motibus magnitudinibus ac distantis p̄-
tractat. Euocat enim nos ab his tenebris et crasso aere:
et in superiore illam lucidissimā domū tot luminarib'
distinctam oculos atq; animū inducit. In quā aspiciētē
iocundum ē fixarum stellarū imagines discernere: et
erraticas suis locis nominib' denotare: earūq; cōiunctio-
nes: et item solis lunæq; defectus longe ante præuidere
atq; prædicere. Maxime uero scientia de natura intel-
lectui humano cōsona atq; conformis est: p̄quā natura-
lium rerum animatarū inanimatarū uē principia passio-
nesq; et eorū quæ cælo et mundo cōtinent̄: motuū
ac transmutationū causas effectusq; cognoscim': ac

13

multoꝝ quidem possum' causas reddere: quæ uulgo mi-
randa uideri soleant. quæ cum oīa iocundum ē intel-
ligere: tum maxime negociari circa eas quæ in aere et
circa terram fiunt: impressiones: iocundissimū est. Et
que uero et quæ his annexæ sunt cognitiones: pulchē-
rimas inquisitiones habent: ut ē p̄spectiua: et de ponde-
rib' tradita ratio. Et q̄niam quidē dicendo hactenus p̄uect'
sum. reliquas quoq; disciplinaz attingam. Medicina
igitur ē et cogniti pulcherrima: et ad salutem corpoꝝ
commodissima: uerum exercitium h̄t minime liberale.
Legum peritia publice p̄uatimq; utilis est: et magno ubi-
q; honori habetur: et ipsa q̄dem a morali philosophia deri-
uata est: quæadmodum ab naturali medicina. quanq̄
ut honestum est: aut audientibus interpretari: aut in
iure disceptantibus: de iure cōsultum aperire. ita ē inde-
corum tractantes causas p̄cio conuento operas uendica-
re. Scientia uero diuina ē de causis altissimis: et de reb'
quæ sūt semotæ a n̄ris sensibus quas intelligētia tantū
atingimus. Principales itaq; disciplinas ferē cōnumera-
uimus omnes: nō quo unicuiq; omnes necessario apprehē-
dendæ sint: ut doctus tandem aut sit aut habeatur.
Nam et singulæ totum sibi hominē uendicare possūt: et
utrunq; ē uirtutis opus: ut modestas opes: ita et medio-
cre posse pati doctrinā. Sed ut ad quam quisq; aptissim'
erit: eam potissimū amplectatur. quanq̄ ita sunt cōiunc-
tæ doctrinæ omnes: ut nulla quæ uis ignoratis p̄sus
aliis egregie p̄cipi ualeat. Sed ingenioꝝ diuersa sunt ge-
nera. quedam enim facile inueniunt in una quaq; re argu-
mētum et medium quo suū p̄positum inferant. quedam
uero tarda sunt ad inueniendū. uerū solida ad diuidi-
candū. Et p̄ores quidem illi: quib' ita est ingeniū ad op-
ponendum aptiores sunt. posteriores uō ad respondendū.



Item illi ad poeticam faciunt: et rationales sciētias: hi uero ad reales. Sunt et alii ingenio quidē ueloci: lingua uero s̄moneq; tardiores: et hi ad compositum s̄monem orationemq; rhetoricam ualere uident. In utraq; uō ui prompti ad dialecticas disputationes præclare faciunt. quib' autem sermo uelocior est q̄ ingenuū: bilin-gua quidem sunt prompti: ingenio uero tardi: ad neu-trum genus ualent orationis. Amplius in quibusdā memoriæ uis multa uiget: et hi ad cognitionem histo-riarū ualent: et comprehendenda legum ampla uolu-mina. In quo scire nos oportet memoriā præter inge-nium ualere non multum. Ingenium uero sine me-moria prope nihil: q̄tum quidē ad disciplinas atti-neat: ad agibilia uero contra. p̄pea quod mandari sc̄p-tis uice memoriæ acta res agendaq; possit. De doctri-nis autem non uidemur id scire: quod non memoriter scimus: aut non facile reminisci possumus. Sunt præ-terea quib' est uis animæ ab sensibilib' et materialib' rebus abstracta: et separatis aut uniuersalib' apprehē-dendis aptior. Alii uero contra circa particularia discū-tere et negociari sunt proniores: et hi quidem ad pru-dentiā et naturalem scientiam: illi uero ad methama-ticas faciunt: et ad diuinam quæ methaphisica dicit. Præter hæc autem cum duplex sit intellectus specula-tiuus et practicus: ut quisq; secundum alterum potior erit: ita conuenientia illi studia sequi debebit. Sūt insup limitata: et quæadmodum in iure dicunt glebæ adscripta quædam ingenia: quæ cum in ceteris imbe-cilla sint: in uno tñ aut altero ualent eximie. Ea au-tem sola sunt illis p̄mittenda: in quib' solis plurimum posse iudicant. Verum Aristoteles quidem uoluit libe-ralib' scientiis non nimis indulgendū: nec imorandū

14
ē ad pfectionem: ciuilem hominū uitam negociosamq; re-
spectans. Nam qui totus speculationi et litterarū illecebris
deditus est: is est forsitan sibi ipsi carus: at parum certe
utilis urbi: aut princeps est: aut p̄uatus. Ac de doctrinis
quidem et ingeniis: ac utrorūq; generib' ita uidetur dif-
finiendum. In quibus est id ante omnia animaduertēdū
q̄d non modo maiora illa p̄cepta: quae prouectoribus tra-
duntur. sed et prima quoq; artium elementa ab optimis
p̄ceptorib' accipere conuenit: et ex autorib' librorū nō
quibuslibet passim immorari: sed optimis. Quae ratione
et philippus Rex macedonum p̄mas litteras ab Aristotele
discere Alexandrum uoluit. Et ueteres Romani liberos
suos scholae mancipantes in uirgilio p̄mum erudiri cura-
bant: optima utriq; rōne. Nam quod teneris mentib' insi-
tum ē: alte radices mittit: nec facile postea diuelli ui-
ulla pōt. Ergo si meliorib' in initio assueuerint: illos habe-
bunt p̄cipuos: et ueluti ducib' semp utent'. Sin uō erro-
res ullos imbiberint: his duplici tempore opus erit. primū
ut errores excutiant: ac deinde ut uera p̄cepta condiscant.
Quobrem thimoteus musicus suo tempore illustris: qui ob
multiplicatas in cythara chordas: et nouorū modorū adinuen-
tionem: sparta iussus est exulare. Ab discipulis q̄dem
qui nihil apud alios profecissent: certam paciscebatur
mercedem. Ab iis uero qui ex aliis quippiam edidicerant
duplam exigebat. Indiscendo autem solet ēē plerisq; im-
pedimento: id quod magno adiuuamento ēē debuerat: mul-
ta uidelicet cupiditas discendi. Quae fit: ut dum omnia
pariter complecti uolunt: nihil tenere ualeant. Ut enim
supfluus cibus non nutrit: sed stomachum quidē fasti-
dio afficit: reliquum uō corpus aggrauat: atq; infirmat:
ita multa rerum copia simul ingesta memori ē: et facile
in presenti elabatur: et in futurum imbecilliorē uim ei'

reddit. Semper igitur multa legant disciplina studiosi,
sed pauca quotidie delegant, quæ decoquere eorum memoria
possit. Sicque tria aut quatuor pluraue ut cuiusque uis erit, aut
ocium pro eius diei præcipuo lucro seorsum reponant. Alii uero
legendo id consequentur: ut quæ iam didicerunt meditatione
saluent. Quæ uero nondum: quotidie magis familiaria sibi
legendo faciant. Huic autem nimis sciendi discendique cupi-
ditati coniuncta solet esse inordinata quædam curiositas inue-
stigandi. Cum enim multa de singulis asciscere student, ua-
riis uno tempore disciplinis incumbunt: et nunc illac, nunc hac
referuntur: aut nunc quidem unam uiribus totis amplectun-
tur. inde uero ad modicum illa reiecta: aliam atque aliam.
quæ res non modo prorsus inutilis est: sed et uehementer
etiam damnosa. Nam ut in re est, et pro uerbo dicitur. Ace-
scunt uina quæ sæpius transuasantur. Itaque immorari
uni rei decet: et eam omni studio persequi: disciplinaque eo
ordine capere tentare: quo sunt a suis autoribus tradite.
Nam qui libros inordinate legunt: nunc a fine facientes
initium: nunc media interlegentes: et quod primum esse de-
buerat: postremum accipiunt. hi haud temere, nihil aliud
legendo proficiunt: quam ut omnia neglexisse uideantur. De libris
autem qui sunt eiusdem discipline: ita quidem per multos
uersari conuenit: ut meliores semper præcipuos habeamus. Nec
uero par omnibus labor suscipiendus est: sed unicuique pro
modo rationeque ingenii sui. Est enim ut sic dixerim in quibus-
dam ingenii quidem acies plumbea. in quibusdam uero ferrea.
quibus est plumbea: siquidem et obtusa est: parum ad disci-
plinas ualent. quibus uero est ingenii acies acuta quædam
sed mollis: et quæ facile retundi possit. hi inter studendum
crebris interpellationibus indigent: qui nisi primo impetu pe-
netrent quo uolunt: quanto dehinc magis intenderint, ma-
gis hebescunt. qui uero ferreum sortiti sunt ingenium siquidem

et acutum: his nihil imperuium ē: nisi eo prumpere uelint: ubi frangi omne necesse est. Si uō obtusum assiduo tamen studio difficultates omnes euincunt. Sed et id quoq; p̄plurimum uerum ē: acutiores ingenio min⁹ ualere memoria: et q̄ celeriter capiunt retinent min⁹. Ad saluandam igitur confirmandamq; memoriā max̄ affinis est illa catonis ratio, qua uti se dicebat. ut q̄c quid die egerat: uiderat: legerat: uesperī cōmemoraret: tanq̄ diurni a se negocii rationē exigens: nō modo qui negocii: sed ocii quoq; uolebat reddendam eē rationem. Ita igitur et nos omnia quidem si possumus reminisci curabimus. Si minus ea saltem quæ præcipua nobis delegim⁹ tenacius complectamur. Proderit autem et de cōmuni b̄ studiis unā cum sodalib⁹ crebro conferre. Acuit enī ingenium disputatio: linguam erudit: memoriāq; cōfirmat. at nō modo multa disputando discimus. sed et quæ sic discimus: melius scimus: aptius eloquimur: et firmi⁹ recordamur. Sed et alios quoq; docendo, quæ scimus nō parum et ipsi iuuabimur. optimum nanq; p̄ficiendi gen⁹ est: docere quod didiceris. Verum euenit omnib⁹ fere discipulis: ut siquid ab initio bene p̄fecerit: protinus magna sese de disciplinis cōsecutos arbitrant̄: et iam q̄dē ut docti disputent: sententiasq; suas obnixe tueri uelint. quod eis plurimum officit. Primus etenim ad disciplinas gradus est posse dubitare: nec est quicq̄ discipulis tam inimicum: q̄ ut nimis de prop̄a eruditione præsumant: aut de ingenio sibi confidant. q̄rum alterum discendi curam tollit: alterū minuit. Sic enim ipsi se fallunt: in qua re minime necesse ē. Neminem autem facilius est fallere q̄ seipsum: neminē damno maiore decipim⁹. fit autem id ideo, q̄niam nō dū diuerticula, et anfractus, ac præcipitia, quæ in sciētis lati-

tant: perpendere in expertis licuit. quibus euenit ut
aut de libris pleraq; male corrigant: quæ bene se neq;
unt intelligere: aut imperitiam scriptorū negligentia
ue culpantes. multa sponte prætereant non intellecta.
Verum eas opiniones studium et perseverantia excuti
et. Fient autem commode omnia: si rite tempora dis
pensabuntur. Si singulis diebus statutas horas litteris
dabimus: neq; negotio ullo abstrahemur: quominus ali
quid quotidie legamus. Nam si Alexander in castris
Lectitare plurimum solebat. Si Caesar etiam cum ex
citu proficiscens libros scribebat. Et Augustus mutinen
si bello rem tantam adortus: semper tamen in castris lege
aut scribere: quotidieq; declamare consueuerat: qd
poterit urbano ocio interuenire: quod nos diu proflus
a litterarū studiis auocet? Vtile autem est ut uel cu
iuslibet minimi temporis iacturam pro magna depu
temus: et ita temporis quæadmodū et uitæ et salutis
rationem habeamus. Vt nihil inutiliter nobis depereat
ueluti si inertes horas: et quæ apud ceteros ociose sūt
aut studiis leuioribus dabimus: aut lectione secun
da transigemus. Bonæ etenim rationis est: ea quoq;
bona colligere quæ solent negligere ceteri. Vt si quis
super cænam legat: et somnum quidē inter libros ex
pectet: aut certe plibros fugiat. quanq; phisici ob eē
ea uisui luminibusq; contendunt: quod et uerū est
si modo præter modum: id est aut intentione nimia: aut
si p multam saturitatem id fiat. Sed et illud quoq; pde
rit nōnihil si intra bibliothecas n̄as coram atq; in ocu
lis instrumenta hæc constituamus: quib' horas ac tēpora
metiri solent: ut quasi tempus ipsum fluere labiq; ui
deamus. Et si eis ipsis locis ad nihil aliudq; ad quod
instituta sunt utemur. nullam ibi aut occupationē

aut cogitationem externā admittentes. Hæc autē
 quæ dicta sunt maiore cura ac studio p̄sequent̄. ii
 quib' est ingenium ad disciplinam aptius q̄ corpus
 ad bella. Quibus uero et ingenium uiget: et corpus
 est ualidum: eos oportet utriusq; curam habere: et a-
 nimum quidem ita formare: ut uere possit decernē:
 et ratione uelit impare: corpus uero et fortiter fere:
 ut facile parere possit: ac deniq; ita nos totos compa-
 rare: ut semp parati simus: non ad inferendam uim:
 sed ad arcendam iniuriam: aut si uim quoq; adhibē
 p̄mittimur: non predæ cupiditatisq; gratia: sed pro
 impio gloriaq; decertare. Maxime uero p̄ncipibus
 conuenit in militari disciplina instructos eē. nam eos
 quidem oportet et pacis et belli artibus abundare
 et posse exercitus ducere: et ipsos corpore suo: quom
 opus erit depugnare. quod ita eē debere Alexander
 qui magnus est cognominatus: ut facto semper ita
 uerbis sæpe significabat. Nam quotiens de Homeri
 uersibus: cuius studiosissimus erat: inter amicos ut fit
 contentio incidisset. quisnam eēt ex omnib' elegantior
 illum semp unum eximie præferebat: qui ē de Aga-
 memnone script' quasi eundem deceat qui bonus
 ē Rex: fortem etiam eē pugnatores. Exercendum
 est igitur ab ipsa infantia corp' ad militiam: et anim'
 ad patientiam formandus. Ac ueluti equos solent
 manu deducendus ē in stadium: ut p̄ puluerem ac
 sudorem ferre facile solem laboreq; assuescat. Nam
 ut in arborib' tenuēs quidē ramusculos p̄sæpe uidem'
 pomoy uim de se natam a p̄mis floribus adiuſtam
 magnitudinē p̄fere. eoq; onere: et si planē q̄dem flecti
 minime tñ frangi qd nisi sensim excreuisset ualidio-
 res q̄ ramos appensum euerteret. ita et hoīes nisi a

pueris p̄mo: ac deinde p̄ omnes etates patientiē & Labōr
et animo et corpore assuescant: siqua postea difficul-
tas reꝝ immineat. franguntur p̄tinus neq; ferre uim
aduersam ualent. quod ipsum et magnorū Legis La-
torū: quos uetustas celebrat Minouī ac Lycurgi aucto-
ritas monet. Cretensium quidem enim ac Lacedemōi-
orum leges Laboribus erudiebant iuuentutē: nō modo
ad patientiam corporis: sed ad continentia animi q̄
foris educandos exerceri in uenationib⁹: ac p̄ hęc cur-
rere: saltare: exurire: algere: estuareq; iubebat
ut sic exercitatis: uti facile ad militiam possent. Nā
deliciae quidem animos hominum corporaq; dissol-
uunt. Labor uō confirmat et indurat. Itaq; nō nisi
indurati laborib⁹ possunt. qui autem ita assuescet et
animo et corpore utentur facile. quom op⁹ erit ad
picula et difficultates omnes subeundas. Quo inge-
nere neq; ex ueteribus: neq; ex nr̄is ullum exēplum
illustrius proponere tibi ualeo: q̄ parentem tuum.
Libenter enim ut ipse uides maiorū tuorū imagines
tibi p̄pono: eosq; crebro studeo ad memoria tuam
reuocare. quoniam et est in illis quid magnifice seq̄
ualeas: et domesticis exemplis solent homines ma-
gis excitari. Nam ut gloriosum ē suos benefaciēdo
uincere. ita turpe iudicari solet ab iis q̄ uirtutem
honoris nobis ducimus: uita morib⁹q; degenerare. Sed
ad parentem tuum redeo: cui cum innumera tribui
Laudes possint: ip̄e tamen de se nulla re magis q̄ la-
borū patientia gloriari solet. Est enim is. quod uide-
mus: ita et ad labores impiger: et in piculis audax:
ut nec molem corporis ferre se ullam: aut eē mor-
talem genitum arbitrari uideat. Ex contemptu nāq;
laborū: mortis q̄ innascit contempt⁹: et crescit auda-

cia: qua ita ille intrepide quoq; difficilia aggreditur.
 ut nihil metuere credendus sit: praeter id forsitan unū, ne seni
 mori sibi cōtingat. Quod ratione optima sentire mihi uidet̃.
 Spectanda est enim semp̃ uirtus: et ad facta praec̃lara intē-
 dendus ē animus? de uita non magnop̃e curandū. Quisq; enim
 mundanas res estimatione debita pensabit; facile co-
 gnoscet, et fructus diu uiuendi minores eē: q̃ ut longa
 uita expeti magnop̃e debeat: et casus maiores q̃ ut uel
 breuis spari possit. Decet igit̃ et honeste in pace uiuentē:
 et in bello fortiter facientem: cetera quidem equanimi-
 ter ferre: Mortem uō quādoq; adueiat placide ad-
 mittere: plerunq; etiam cū occasio! aut necessitas postu-
 lat, illi occurrere. non enim timeri id oportet: ne parū
 forte uixerimus: sed ne id ipsum qd̃ uixerim: parum uixis-
 se uideamur. Habet nanq; omnis etas: ut edere magni-
 ficum aliqd̃ possit. Scipio qui postea p̃mus africanus est
 appellatus: uix dum pubes sub patre pro pat̃a aduersus
 penos militans: cum Annibal Romanos ad Ticinum fu-
 disset: patrem ipsum consulem belliq; ducem affectū gra-
 ui uulnere, et ab hostib' circūuentum piculo exemit. Sicq;
 ex qua pugna uix ueteranis fugere contigit: Scipio id
 etatis consulem: ducem: ciuē: et patrem: nō minus pie
 q̃ fortiter faciendo suauit: cumulataq; et publico
 et p̃uato merito Laudem retulit. & mihi q̃ Lepidus
 puer productus in pugnam eodem congressu et hostem
 occidit: et ciuem suauit. In cui' memoriā rei statua illi
 p̃textata, ex senatus cōsulito in capitolio posita ē: ut et
 ceteri exemplo accenderent̃: et auctori tam p̃clari
 in ea etate opis suus honos h̃retur. Sed et tu q̃ nisi
 tuas tibi Laudes inuiderim? utroq; illoꝝ minor ut eras
 natu: apud Brixiam nuper cum eēs in exercitu ger-
 manoz; progredi ausus es in hostes armatus: q̃tum cete-

roy nemo militum offerre se sustinuit. quo quidē fac-
to nescio, nescio quibus magis, an hostibus admirationi/
an uō amicis rubori fueris. Ita igitur a primis annis
instituenti sunt pueri: ut et audere magna possint: et
difficilia tolerare. quid enim est illud de Lacedemōio-
y pueris? nam hi quidem de cura educationis eoy plu-
rimum apud ueteres cōmendantur. Quos spiritus gi-
gnere mos ille debuit: quib' consuetum erat incōcer-
tatione equalium patientiam tantam p̄stare: ut ui de-
iecti, aut casu interluctandum collapsi, necari poti' exa-
nimariq; paterent: q̄ uictos fateri se uellent. Quid
enim mirum? Nam et ad aram sic uerberib' accipi sole-
bant: ut multus semp e corpore sanguis flueret: ple-
runq; etiam spiritum exalarent: nemo tñ aut ex-
clamauit unquā: aut uix minimū doloris signū edi-
dit. Ita domi formata iuuetus: ea demū militiā opa-
gerebat: quib' uetusta omnis memoria plena ē. Et iā
qd audire eos, aut a duce, aut a patribus par erat:
cum in hostes p̄gressuri p̄blandicias monerent a matrib':
ut aut uiui arma referrent: aut mortui in armis re-
ferrentur; q̄miam tradere arma hosti aut ea abiicere
fugientes peius morte iudicabant. Igitur illi ut p̄tes
corporis et curabant ea: et tuebantur. nec mirum si se
uiui in armis crebro spectandos exhibebāt: qui etiam
mortuis fore ea sibi decori relata existimaret. Prestat
autē consuetudo ususq; deferēdi: ut armis eque ac
membris aut uestib' utantur: ne uideat ex eis corporis
onus adiectum. Nam nisi ita fuissent romanē legio-
nes longa assiduaq; exercitatione institutē. ab exe-
cendo enim exercitus dict' est. quonam pacto potuis-
sent cum pedib' agmen p̄cedere: ac plerunq; citatim
arma p̄imum deferre. Vallum insup et cui' rei adq̄ti-

18

dianū egerēt usum: ac sup̄ hęc una sepe q̄ndecim aut
eo amplius dierum cibos onus iumento difficile. Qui
ergo erunt aut armoz: aut litteraz studiis dandi: q̄n̄
q̄dem hęc sunt liberalissimę artium: maximeq; p̄ncipa-
les. Propterea quod et maxie p̄ncipes deceat: simul ac
membris uti p̄ etatem licebit: armis assuescere debe-
bunt. Discendisq; p̄mis litteris tradendi erunt: cū pri-
mum poterūt uerba formare. lanq; abinde reꝝ illaz ac
studioꝝ quę sunt p̄ uitam acturi debent quędam
quasi libamenta gustare talib; exerceri rudimentis.
Sed et hęc utraq; ipsa facile exequi inuicem poterūt:
ut certas horas ad exercitium corporis habeat: et ut
certas litterario ludo deputent. At nō modo qdē pue-
ros: sed et uiros decet hoc facere. qd et theodosium p̄n-
cipem facere solitum. ut die quidem aut exercere-
tur in armis aut de subditoꝝ negociis iure dicendo
decerneret: nocte uero libris ad lucernā incumberet.
Ac de līaz quidem studiis supra satis quod uisū est
diximus. Reliqua p̄sequamur. Ea igitur exercitia
suscipienda erunt quę bonam ualitudinem saluent
et robustiora membra reddant. In quo erit uniuscui-
q; naturalis dispositio diligenter attendenda. Nam
qui sunt habitu dine corporis molli atq; humida fortio-
rib; exercitiis: siccandi indurandiq; erunt: ceteri le-
uius. Et quibus sanguis facilis est inflamari: eos ar-
dente sole quiescere cōuenit. Sed et etatis q̄ h̄nda
erit ratio: et usq; in tempus pubertatis leuiorib; one-
rib; subiiciant: ne uel etatis neruus frangat: aut im-
pediatur corporis augmentum. Post pubertatē uero
grauiorib; laborib; edomandi erunt: et impuberes qdē
magis ad intellectum decet erudire. hos uero ad mores.
item illos ad disciplinā curare: hos uero magis ad robur

et ualitudinem corporis. Quantū autem sit momentū in excē-
cendis iuuenibus: et quæ cura adhibenda: exemplo sit
Marius: qui et autor est Plutarchus cum eēt senex
et multa corporis mole grauis: uir tanta belli gloria p
pacem tñ ut filium militarib' officiis atq; artib' institu-
eret quotidie cum adolescentibus ueniebat in campū /
et exercebatur una. Perhæc nanq; adumbrata certami-
na ad ueras pugnas audaciores doctioresq; pueniunt.
Nam nisi esset utilis hæc pugnandi disciplina quæ per
pacem atq; in ocio quæritur frustra necnon temere. P.
Rutilius consul armorū tractandorū disciplinam p̄mus ac-
cipere milites uoluisset. Quibus doctoribus gladiatorū
urbe accitis meditationem hanc uitandi atq; inferen-
di ictus penetrare in castra iussit: ut miles nō solum
uirib' et audacia: quib' antea solis nitebat: sed etiā
arte industriaq; ualere. Docendi sunt igitur iuue-
nes quæ in hunc usum p̄tinent: ut possint hostē gla-
dio quidem dextra ferire: sinistra uō breui umbone
se tegere. Ensem: uerū: fustem: Lanceam: utrisq;
manibus tractare. et nunc qdem se effundere: nūc
uero denuo sub clipeum tegere: punctum cesimq; sine
difficultate ferire. Exerceri quoq; decet in cursu. saltu.
Lucta. ac pugillari certamine. iaculari q̄ longissime.
recte sagittare. uibrare sudes. saxa rotare. equos do-
mare. eosq; nunc ad cursum: aut saltum ad actis urge-
re calcaribus: nunc item flexis habenis: medio cursu
preuertere: et ita in utrunq; se parare: ut eques et pe-
des pugnare quisq; facile possit. Eq̄tum uō occursum
dum sese telis infestis petunt: et audaciores facere
solet: et ad pugnam doctiores: cum et cuspidē suam
ubi intenderint locare didicerint: et cōtra se uenie-
tem aciem immotis luminib' p̄ferre. Armorū uō species

quēadmodum et uestimētoꝝ quotidie uariat usus. Eam autem mutationem ita sectari oportebit: ut expriamur singula: meliora uero semp teneamus. Similiter autem et pugnandi cōsuetudines uariari solent. Nam olim q̄dē temporib' priscoꝝ heroum curribus duces depugnare cōsueuerunt. Postea uero apud romanos maxime pauci eq̄tes: aut certe nō multi. uis autem exercitus pene tota in peditib' erat. nunc nemo curribus: omnes fere in equis bellantur. Quod autem in usu ē si modo præstat seruare conuenit: et p̄ campestris exercitationes assidue id meditari. ac deniq; oportet ad singula certaminū gnā præ exercitatos uenire. Nam aliter in tumultuaria pugna agendum ē. Aliter cum tota decernitur acie. Alit' quando concurrunt manipuli. Aliter cum duello cōfligit. Nam pleriq; in acie fortissime uisi sunt dimicare: q̄ cū essent ad singulare certamen puocati: animo uiribusq; torpuerunt. Quanq̄ disciplinē hoc genus quod p̄ ocium queritur longe impar est ei quod inter belloꝝ tumultus p̄ indigentiam reꝝ omnium uerosq; terrores discitur. Itaq; monebat Flaccus angustam amice paupiem pati robust' acri militia puer condiscat: et parthos feroces uexet eq̄s metuendus hasta: uitamq; sub diuo et trepidis agat in reb'. Sic enim ad illa maiora puenietur quæ futuros belloꝝ duces et ulu et rōne cōsequi oportet. Ut quib' artib' ducend' sit exercitus: quibus locis castra statuenda: quo ordie Locanda acies: qua quis ratione puenire hostiū cōsilia possit: ac more belli insidias illis ponere: et ab his positas cauere hostilis exercitus milites distrahere. suos autē metu beniuolentiaq; cōtinere: nec militare unq̄ remittere disciplina. Ut enim uirtus militum ducib' laudē parere solet: ita et illoꝝ peccatum culpæ plerunq; ascribitur ducis. Nō æque uō ex benefactis gloria: atq; ex peccatis ignomiā



nascitur. Ipse omnia debet quaecumque tempus habet praede-
liberata exequi: nec ut in re noua aut subita tumultu-
ari. neque enim stare militum animi possunt: cum ducis
consilium labat. Milites uero ipsos oportet nam quidem
fortes existere: bellandique artibus instructos aut mul-
tum habere armorum quod satis sit. Alimentorum uero non
nisi quod necessitati suppetat. Quae igitur sint ducis
quae militis partes, quod equitis quodue peditis sit
officium usus atque experientia docebit: quae profecto ex
re ipsa late refert quam melius cognoscere liceat: quam aut
uoce precipi: aut ullis tradi litteris possint. Tametsi
extent de re militari libri a magnis uiris editi: qui
ne utique tibi erunt negligendi. Sed et machinarum quo-
que uim usumque nosse ducem oportet. Cuius rei solertis-
simum esse tuum parentem uides: quo nescio an quisquam
studio maiore quaesierit: an eius generis plura forte
pararit. Postremo et ab his rebus non aliena natandi
quoque peritia adolescentibus adhibenda est. In qua et Au-
gustus Caesar nepotes suos: nam filios quidem nullos
suscepit: ita erudiri studuit: ut et ipse plerumque pro se
doceret. Nam et a magnis periculis liberare homines
solet: et ad nauales pugnas transmissionesque fluminum
audaciores reddit. Et in hoc toto quidem genere rerum
quae ad militaria pertinent exercitia: habes quos imi-
tere germanos tuos maiores Franciscum et iacobum
magnanimos uiros et in armis late cognitos omnique
prudencia et moderatione insignes. quos te decet ut
semper facis omni fide ac pietate colere: et ita illos
probe imitari: ut minoribus et exemplo uirtutis et praesidio
ad casus esse ualeas. Optime quidem enim gene-
ris humani societas constabit: si sancta iura sangui-
nis: et erga superiores quidem reuerentia: ad inferio-

20
res uō humanitas: cum parib' autem moderatio faci-
litasq; suabitur. VERVM q̄niam in opere nō sem-
per uersari possumus. sed oportet interdum laxamētū
aliquid indulgeri. huius ipsi generi modum rōnem nō
præscribamus. Primum itaq; præceptum ē: idq; potissi-
mum: ut ne quis turpis ludus aut noxius suscipia-
tur: nec nisi q̄tum aut acuat industriam: aut corpo-
ris uires exerceat. Nam q̄d Scipio et Lælius: et inter-
dum Augur Sceuola qui fuit Lælii gener: soliti sūt
dum animi remissioni uacarent in littorib' maris aut
alueis fluminum calculos conculasq; lectitare. fiebat
in his prorsus necessitate quadam. Nam nō nisi functi
magnis laborib' aut cum eēt etate iam p̄uecta ad
hæc ipsa ueniebant. Sed Laudabilior in hoc ḡnē forsi-
tan idem Sceuola qui optime pila dicitur lūsisse. q̄d
scilicet forensibus negociis et interpretandi ciuib' iu-
ris labore fatigatus: ad hoc potissimum ocium recrean-
daz uirium causa confirmandozq; laterum esse se cō-
ferebat. Est eiusdem generis: uenationis: aucupii: pisca-
tionumq; cura: quæ et delectatione plurima refici-
unt animum: et uim membroy motu laboreq; con-
firmant. Leniter austerum studio fallentem labore.
vt inquit Horatius. Nam hæc nisi tanta uoluptate cō-
direntur, quis est qui sponte subire tantum labore
uellet: aut p̄ferre ulla ui posset: quanq̄ hoc ipsum Ly-
curgi legib' studium erat: nō ocium adolescentiū. Aut
si hæc forsitan grauiora uidebunt̄, q̄ ut de studio fessos
Lenare possint. Licebit aut prorsus quiescere: aut leniter
adeqtare: aut deambulare suauiter. Licebit etiā iocis
inuicem ac salibus uti modestis: qui Lacedemoniory p̄
ocium mos erat. Quam autem ferat ea res utilitatem
i uita Lycurgi præscriptum ē. Sed nec erit q̄dē inde

centi cantu fidibusq; Laxare animum. qua de re superius
ē habita nobis mentio. Nam et pythagoreoz mos hic erat:
et fuit quōdam prisca herouibus celebre. et Aschillem Ho-
merus inducit a pugna redeuntem in hac re solutū acq̄e-
scere: non quidem amatorias cantiones: sed uiroz for-
tium laudes modulantem. Ita ergo p̄ ocium poterim' aut
ip̄i facere, aut aliis facientib' iudicare: et eos modos am-
plexi qui cōuenientiores nobis temporib'q; uidebuntur.
Nam siculi quōdam modi ad remissionem animi magis fa-
ciūt et q̄etē. Gallici uero contra excitationē et motū.
Itali autem inter hos medium tenent. Et item quæ pulsū
aut cantu fit melodia decentior est. Quæ uero spiritu
atq; ore minus uidet̄ ingenuis cōuenire. Sed ad sonos
saltare, et muliebres ducere choreas: indignæ uiro uo-
luptates uideri possunt. Tametsi sit in his reb' fructus ali-
qs. quoniam et corpus exercēt: et multam membris dexte-
ritatem adiiciunt: si nō lasciuos iuuenes redderēt: eoz
q; mores bonos nimia uanitate cōrumperēt. Non ita ta-
bulæ ludus: quoniam pugna speciem præfert, hostilisq; cer-
taminis. quem palamides troiano bello: ut uetustissimi au-
tores tradunt, adinuenit: ut uel hoc negotio milites occu-
patos teneret: ociosumq; auerteret a seditionib' exercitum.
Aleæ uō lusus aut cupiditatem h̄t minime liberalē: aut
indecentē uiro mollitiem. Nam qui lucri causa id agūt:
maioris quæstus negocia cōmodius agerent. Qui uō uo-
luptatē inde uenantur, tardiusculi sunt, quod aliud nihil
possunt inuenire: in quo honesti' delectentur. In his igit̄
ludis delectari cōuenit: qui artis aliquid, aut certe plu-
rimū: casus uō quā minimū habeat: nisi forsitan ea non
putet quæ arte uacare. de quib' reb' sit ratio litteris tradi-
ta. aut maiestate motus auctoris, nō putet indecorum
facere, de quo is decorū sibi scribere existimasset. Nam

claudius caesar / de alea ludo librū edidit. Quo stu-
 dio delectari solent / qui sunt in hoc unū diligētes: ut
 omnē substantiā negligant / certe ut uniuersum tempus
 amittant. His autem quib' lraꝝ studia uoluptati sunt / ua-
 rietas lectionis solatium afferet. nouaq; lectio ueteris
 fastidium tollet. Interdum tñ etiam opus est prorsus ut
 uideatur nil agere: omninoq; ab ope uacare / ut sufficere
 domū oꝑi laboriq; possim'. Nam qui semp intentissimus
 ē neruus nisi remittatur aliqñ rumpi solet. Tametsi nullū
 ē tempus laboriosius sapienti: q̄ quo nihil agit: si modo
 pot' nihil agere. Quosdam autem accepimus in hūc modū
 temp' distribuere solitos: ut p̄ diem ac noctem tertiā p̄tē
 somno pmitterent. tertiā refectionibus ac uacationi.
 reliquum liberalibus studiis darent. Quorum ego nec dam-
 nare rationem satis audeo: neq; probare penitus possū.
 Id autē affirmare et possum et audeo / eo minus elabi
 nobis etatis: atq; hoc nos diutius uiuere: quo plus t̄p̄is
 bonis studiis mancipamus. ILLVD uō de corporis cul-
 tu nunc postremum attingamus: ut sit decens: neq;
 nimius exquisitus: neq; prorsus neglectus. Sed cū
 rei. loco. temporiq; tum maxime p̄sonae cōueniat.
 Neq; sedere in litteratoria schola coronatū / aut sub-
 ducta ueste cōuenit: aut in certamen armorū fluxa
 toga manuleatum uē p̄dire. nec uō p̄ncipis filiū eque
 cum plebeo / uili / sordidaq; uti tunica: aut trita chla-
 myde se prebere spectandum. Nimia autē cultus ue-
 nustatisq; cura / muliebrem animū designat: et multae
 uarietatis argumentū. Indulgenda sunt tñ adolescē-
 tib' quedam. Neq; omnia eoz peccata seuera sūt aīad-
 uersione punienda. Nisi enim ex p̄te aliqua iuuen-
 tute expleuerint: etatis illius uitia conferet in senec-
 tute. H A E C ego ad te vbertine scripsi / ut sū in

initio pollicitus : non tñ ut commonefacerem quid fieri á te
oporteret : q̄ ut te ipsum ostenderem tibi . qui si natura
sequeris ducem : nihil monitore opus habes ad summã uir-
tutum optinendam : nisi enim á te ipso deficias : præcla-
ra de te omnia policeri indoles tua uidetur . Laudes au-
tem siquas tribuere tibi sum uisus : ita á me uelut acci-
pias / ut magis illas calcas ad benefaciendum existimes
q̄ benefactorum premium eẽ . Adniti igitur summis ui-
rib' te conuenit : ut eum te præstes uirum qui his tam
generosis adolescentiæ tuæ primordiis digne respon-
deat : ne aut tu naturæ munerib' male usus : aut illa tẽ
te tam egregia indoles mentita uideat . ne uẽ ego siquã
mea causa tangeris : aut fallus de te uates : aut uanis
predicator extiterim . Si probe itaq; gesseris : habebis
q̄dem ab omnib' præsentem laudem : á me uõ etiam
litteris : siqua nobis eiusmodi facultas erit posteritati
cõmendabere . Si minus / unus ero / qui audeã plane di-
cere : idq; palam fateri : nihil tibi nisi te ipsum uideri
defuisse .

T E X O S

PETRI . PAULI . VERGERII . DE . IUSTI
NO . POLI . LIBER . EXPLICIT . FEL-
CITER . VALE .

O rō illu^{me} ac Doctissimæ Ippolyte Marie Ducisse cala-
briæ Ill^{ma} mediolan. Ducis filie ad Sanctissimum
Dominū Pium papam .

T A N T A M esse huius sanctissimæ Sedis auctoritatē
Beatissimæ pater sæpius audiui . ut nemo unq̄ q̄tuvis
ingenii : eloquētiæ : dignitatis : illam oraturus adierit
qn̄ trepidus oratoris officio functus sit . Nimirū igit̄
si cui etas : sexus : imbecillitasq; ingenii / pudorem
pariter atq; uerecondiam afferunt : apud te præsertim

Dr. J. J. J. J. J.

Ресток

1
2



CAJA
2-29